Philelphus, Franciscus : [Epistolae] Epistolare

[Basel: Johannes Amerbach], [ca. 1492] Seite 461



amplissime. Ex Mediolano kal. nouẽbrib⁹. M.cccc.Lviij.

Franciſcus Phil. Pio ſecundo eccleſiæ Romanæ pontifici maximo ſal. di. plu.

b Eſſario reuerẽdiſſimus in Chriſto Ieſu ac idẽ ſapiẽtiſ
ſimus cardinalis nicæn⁹ fecit me noĩe ſanctitatis tuæ
p litteras certiorẽ: q̃ de me phumaniter beniuolẽtiſſimeq̃
ſentires: & quãta cũ charitate de me honoratiſſima uerba
feceris: qb⁹ me præterea tua ſpõte donis ornaris. Facis tu
q̃dẽ pietiſſime oĩa ſũme põtifex Pie: q Chriſtũ optimũ ma
ximũ imitat⁹: nihil tibi poti⁹ ducas q̃ bñfacere cũ oib⁹: tũ ijs
ĩprimis: quos noris iãpridẽ innumerabiliũ tuaꝝ incredibi
liũq̃ uirtutũ obſeruatiſſimos extitiſſe. Meminiſti ſane pa
ter beatiſſime: q̃ ego te ſp oĩ ſtudio coluerim: & quãta ſp
cũ ueneratione diuinã ſapiẽtiã tuã (qua inter oĩs mortales
mirifice un⁹ excelluerís: atq̃ excellas) aſſidue fuerim pſe
cutus: Neq̃ fieri poſſe iudicaſti: ut ſine diuino quodã nutu
atq̃ uolũtate tãtus eẽt me⁹ & tãdiu erga te amor: tãta pie
tas: tãta fides. Neq̃ uideri uoluiſti oblitus: qđ uiuo adhuc
& oĩ ex pte incolumi Calliſto põtifice afflatu illo: uł poeti
co: uel diuino fore prædixerim (& id q̃dẽ hoc ipſo præſen
ti ãno) ut & Calliſt⁹ ex hac luce migraret: & ipe tu (qđ oĩm
uotis fortunatiſſime cõti git) tãtis chriſtianæ religionis
tenebris: lucẽ eſſes p optatiſſimũ tuũ põtificatũ allaturus.
Et illuxiſti tu pfecto bonis atq̃ doctis oĩbus q̃ſi ſol oriẽs te
terrima tenebraꝝ caligine obductis. Actũ oĩno erat de cla
riſſimarũ artiũ ſtudijs: laudatiſſimiſq̃ uirtutib⁹: niſi oppor
tune tũ diuinit⁹ datus eſſes ad illas inſtaurãdas: tuẽdas: illu
ſtrãdas. Itaq̃ iã muſæ: quæ penitus interierãt, reuiuiſcunt:
Eloquẽtia: quæ obmutuerat: & uocem ſimul recupauit &
mẽtẽ: Ingenia quæ obdormierant excitant: Oẽs ad hone
ſtas actiones maiore q̃ antea unq̃ cupiditate incẽdunt. De
ſideriũ Nicolai q̃nti ſapiẽtiſſimi illius præſtãtiſſimiq̃ põtifi
cis (quo uiri eruditi & eloquẽtes nõ mediocrit torqueban
tur) nõ leuaſti ſolũ optatiſſima creatione ſanctiſſimi tui põ
tificatus ſed in maximã ſplẽdidiſſimæ tuæ bonitatis admi
ratione amoreq̃ inflãmaſti: Nõ em̃ honoratione uerborũ
dũtaxat huiuſmodi uiroꝝ aĩos in pulcherrimã futuræ tuæ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0461
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG